



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Vtî anima sese ad confessionem peccatoru[m] animare, dæmonemq[ue]
ac verecundiam superbam superare debeat: quænam item faciant facilè
peccata deserere. Can. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Cur itaque o filia tu paribus tantisq; iam vis mergi periculis? Cur ad mortem tua peccata differes confiteri? Quid hominem peccatorem erubescis? Et ipse cui tu te accusas peccator est. Pone igitur pedem super dzmone vnum, alterum pone super verecundiam, aut potius superbiam tuam, & euome viras quod tibi diabolica insauit illusio. Homo est qui te audit similis tui, aut te fortasse in periculis profundior. Quid refert, si hoc illud ve homo de te cogitet? Sim tibi amicus ego, & totus mundus infestus, quid tibi nocebit? Reuertere igitur ad me filia, & execrare dum execrandi tempus est, mala opera tua. Inspice quanta patior pro te. Loquacitatem, luxum, peccata ventris, curiositatem, otium, aliaq; peccata cito superabis, si pœnas meas, si vulnera, si fidelissimum denique erga te amorem meum meditata fueris. Consolaberis, atque in aliam mutaberis. Non erit graue delictis abstinere, non erit molestum carere mundi gaudijs, non erit triste honoribus destitui, quia hæc omnia suauiori modo ac castiori in me reperies. Si impugnat diabolus, ad vulnera mea confuges. Si molestiam sentis aut pœnam, dulcorabunt tibi has angustias meæ. Cæterum si passio te hæc mea non commouerit, si mea charitas te accendere nequiverit, vel pœna æterna te perterreat. Recordare quam breuis momentaneaq; sit delectatio peccati: contra verò quam sine fine perpetuoq; duratura sequatur pœna. Cogita quid sit æternum quod nunquam finietur. Quantumlibet dempseris de æterno, siue de eo quod sine caret, quantislibet annis pœnas tolleraueris, tantundem semper adhuc restat, nunquam enim potest minui, quod sine caret. Et, tunc in illas gehennæ pœnas te præcipitabis, ne breui modo careas delectatione? Tunc tam breue gaudium quod est vnus momenti sempiternis tibi comparabis supplicijs? Verùm de hoc iam satis. Quæ tibi post hæc necessaria sunt, si præbueris aurem, alio tempore adijciam. Respice, resurge, & Viue.

Quenam
faciant faci-
le peccata
deserere.

D. IOAN. IVSTI LANSBERGII.
In alloquiorum Iesu Christi,
Partem II.

PRAEFATIO.

Ego diligentes me diligo, & delicta meæ esse cum filijs hominũ. Sic dilexi mundum vt in mortem darem animam meam, ne pereat, sed habeat vitam æternam quicumque in me crediderit. Ego ð anima pro te laboraui, esuriui, sitiui, contemptum & persecutionem passus sum. Vulneratus sum propter iniquitates tuas, attritus propter scelera tua, mortuus propter delicta tua, resurrexi propter justificationem tuam. Ad hæc omnia me impulit amor, quo te diligo, & in filiam adoptionis adquisico. Itaque tu respiciens, adamantem reuertere, in vulnerum meorum sanguine laua te, virtutibus & vita meæ meritis vestire. Omnia hæc libens tribuo, nã vt amantissimus pater hæc offerens tibi occurro in amplexum, ad osculum te recipio, & ad redamandum te inuito. Reuertere filia, & mundare. Prebe cor tuum mihi, quia præter hoc aliud abs te non desidero. Porro, quomodo tota ad me reuertaris, quomodo in corde tuo mihi delicias præpares, quomodo amorem meum respicias, quo denique modo tu quoque respiciaris, aduerte.

Pro. 8.
Hier. 12.
Ioan. 3.
Esaie 1.
Esaie 53.
Rom. 6.

Pro. 21.